



# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Svmmvla Caietani**

**Cajetan, Thomas**

**Antverpiae, 1575**

Conuicium duplarem importat iniuriam.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41716**

## Conuicium.

99

ter tantum contumelia est, nisi forte notabilis læsio  
proximi inde sit.

### Conuicium duplē importat iniuriam.

Conuicium duplicitis iniurie nomen est. Quandoque enim generalem sonat iniuriam in proximum, cotam illatam verbis, siue significetur malum culpæ, ut esse sacrilegum, sicarium, &c. siue malum poenæ ut esse cæcum vel claudum: ita quod contumelia est species conuitii. Quandoque autem sonat iniuriam plurimū simul vociferantibz iniuriosè contra proximum, vt dicatur conuicium quasi conuicium à multitudine vocū: vt contingit sæpe transversi pauperi à lenibus personis, iocose ramen fieri. Et utroque modo ex suo genere formaliter (hoc est ex intentione dehonorandi factū) constat esse peccatum mortale: quia quantum est ex intentione actus & loquentis, læditur proximus in honore. Veruntamen propter imperfectionem actus (puta quia materialiter tantum conuitii dicitur sine notabili detimento honoris, aut quia non verè consensit ut dehonorandi gratia conuiciaretur, sed quasi primus motus fuit quod ad hoc, aut quia in minimo non curavit dehonorare) veniale tantum peccatum incurritur. De exemplo autem dicto conuiciantibz iocose, diximus: vt intelligatur conuitii significato, non quod iocose factum, sit mortale, communiter enim veniale est conuitum iocosum, sed quod serio & formaliter sit mortale est ratione dicta.

### Debitū omittēs correctionis graviter peccat.

Correctionis, qua subditi à superioribus corrigi debent (siue puniendo factis, siue increpando verbis, siue superiores sint Prelati Ecclesiastici, siue domini seculares) omissione quādo, sicut, vbi &c. oportet, proculdubio peccatum est mortale: nisi propter

G 2 impensis